

se passos, hæc omnia scribunt Carthagena, Pelbartus. tom. 2. lib. 1. homilia 19. Pelbartus in Scellario lib. 3. part. 2. art. 3. & Propugnaculum Concept. & alii.

159. Quinto. Ingressus subtilis Scotus Academiam Parisiensem propugnaturus Immaculatam Conceptionem, humiliter venerans imaginem lapideam, quæ pro foribus Academiae est affixa, sic est allocuta dignare me laudare te Virgo sacra. Ipsa sacra imago suaviter inclinavit caput, hoc facto ostendens sibi maxime esse gratam illam defensionem. Refert Lezana in Apologia de Concept. c. 15.

160. Egid. Luff. Sexto ex quadam relatione typis data Hispali refert Egidius Luffitan. de Concept. lib. 3. quasi. 6. art. unico §. 2. num. 6. Quod in eadem civitate Hispalensi anno 1617. Cum pueri per publicas plateas decantarent Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ, Mulier quædam habebat filium ad ubera vix quatuordecim mensium, qui nec unum verbum poterat proferre; tunc Mater dixit, fili mi decanta etiam laudes B. Virginis Mariæ de Conceptione, quod infans præstitit eandem Catinelam distincte, & alta voce proferens, quo miraculo omnes cives excitati in magnas laudes Virginis proruperunt. Multa alia miracula referuntur.

QUESTIO XX.

Immaculata Virginis Mariæ Conceptio etiam rationibus firmatur.

161. Cantic. 4. num. 12. dicitur, Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Et subditur num. 15. Puteus aquarum viventium, que fluunt impetu de Libano. Per hunc hortum conclusum, fontem signatum intelligit Rupertus sacratissimam Virg. Mariam, ipsa est hortus conclusus omnium virtutum floribus ornatus fons à quo in nos manavit salus æterna, nempe Christus, Puteus aquarum, in quo reconduntur thesauri divinae scripturæ. Tamen in rem nostram, quomodo dicitur hortus conclusus fons signatus, sigillo nempe sanctissimæ Trinitatis, ut supra dixi ex Patribus, Puteus aquarum viventium, Puteus altus est, quomodo de his gustandum, ac bibendum. Aquæ fluunt impetu de Libano, id est de Christo D. qui est candor lucis æternæ. Libanus enim id est candor. Verum est, quod Maria est hortus conclusus, fons signatus, puteus altus, ut exponunt D. Gregor. Papa, Theodoritus, Richardus de sancto Victore, intellectui nempe humano; Nullus intellectus, nullus discursus, ac ratiocinatio sua naturali vi potest aliquid gustare, vel bibere de sublimitate, & altitudine Mariæ. Hortus conclusus, fons signatus, puteus altus est. Sed de illis potandum, ac gustandum divinis aquis qui fluunt impetu de libano; cælestis nempe illuminationis, ac illustrationis à Christo Domino, cujus luce potest aliquid participare de hoc horro, fonte, puteo Mariano. Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris. 1. 1. 12. num. 3. Richardus de sancto victore inquit, de Libano fluunt aqua ista,

Rupertus.

D. Gregor. Theodor. Richard.

161. Richard.

161. Richard. 161. Richard.

id est de Christo, qui suavitate donorum nos inebriavit. Ut alienati à terreno ad hortum, fontem, ac puteum Marianum possimus adire & aliquid de eo haurire.

162. In Præsentia quæstione multi Theologi aliquas efformant rationes quæ omnes ad hoc tendunt, quia eligebatur ipsa, ut esset Dei Mater, in illaque Divinum verbum realiter habitaret, de illaque carnem sumeret, ut ita caro Virginis esset caro Christi; & inde consequenter juxta veram rationem ad divinam providentiam, scientiam, ac potentiam spectabat, ut ipsa purissima absque ulla macula crearetur. D. Chrysolom. homil. 1. in Matth. ait: Hæc est totius dispensationis summa, & ratio dicitur honorum omnium, Deum hominem factum esse: hoc enim factum, alia secundum rationem sequebantur.

163. Dicitur Proverb. 17. Gloria filiorum parentes eorum, ex quo bene inferitur, si is Proverb. qui futurus est filius possit non solum sibi parentes eligere, sed etiam eos, magno honore, ac decore nobilitate; optima ratione bene deducitur, quod hoc promptissime præstaret, omni gloria, & honore suos parentes condecorando; Atqui Deus ab æterno Mariam Virginem sibi in Matrem elegit. Cur negandum, quod Deus decrevisset dare Mariæ suæ, quod alii filii desiderant, parentibus suis exhibere. Ait D. Augustin lib. 3. de libero arbitrio cap. 5. Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, id scias fecisse Deum. Cum ergo verbum Divinum B. Virginem sibi elegerit in Matrem, ac de illa carnem sumere consequens est vera ratione ut eam conderet omni gratia, privilegio, ac excellentia, quæ matrem Dei decebant, ac proinde omni puritate, ac sanctitate ornatæ, ut latius supra dixi quasi. 5. 6. & 7. ac 8. 9.

164. In limine ait Sacratissima Virgo Deipara famula suæ Bigittæ. Quod Conceptio mea non omnibus nota fuit: sic placuit Deo, quod amici mei pie dubitarent de conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum. Supremo, & alto Dei consilio factum est, ut multi viri pii, & devoti, ac præstantissimi, qui magno devotionis affectu erga Virginem sanctissimam tenebantur, de hoc arcano Conceptionis dubitarent, ut argumenta, ac objectiones contra ponerent, ut inde veritas, sublimitas, ac celsitudo illius claresceret, ac manifesta fieret magis.

165. Sacri Apostoli multis editis miraculis magno fervore Christi fidem prædicabant; eos magna multitudo populi sequebatur, tunc Principes sacerdotum ac seniores, contra eos faciunt concilium, ne deinceps prædicarent Act. 4.

QUESTIO XXI.

Quare à Deo permixtum est, ut aliquid viri pii, de hoc arcano Immaculatae Conceptionis dubitarent? eorumque argumenta proponantur ac solvantur.

164. B. Bigittæ. 165. Act. 4.

164. B. Bigittæ. 165. Act. 4.

act. 4. num. 16. Conferbant ad invisem: dicentes, quid faciemus de hominibus istis. Faciunt multas conferentias consulationes, multas proponunt rationes ad Apostolorum prædicationem eradicandam; quid inde factum est Accipe Chrysolom. homil. 7. de laudibus Pauli. Quæ putabantur impedimenta prædicationis fortia erant auxilia. Profunde præponderat verba. Exorta est inter Apostolos controversia; Quisnam major esset in Regno Cælorum. Matth. 18. num. 1. Nunquid hæc quæstio de ambitione prodit? Minime: Nam facti Apostoli Christi doctrinam, ejusque vestigia ad unguem sequebantur. qui dicebat de se: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde Matth. 11. n. 29. unde hæc disputatio nata est D. Paschal. lib. 9. in Matth. ait: Hoc factum in suffragium humilitatis, ut de humilitate melius informarentur. Formata sunt argumenta, propositæ sunt quæstiones, interpositæ disputationes, non ut impedimenta veritatis, puræ & Immaculatae Conceptionis depara, sed ut fortia auxilia illius, ejusque suffragium: ut melius, & exactius in sublimitate tanti mysterii informarentur, illiusque major cognitio, ac intelligentia haurienda esset à nobis.

166. Ait Apostolus Paulus 2. Corinth. 4. num. 6. admirans Dei sapientiam, Deus qui facis de tenebris lucem splendescere. Ad quæ verba præclare ait D. Hilari. lib. 7. de Trinit. Proprium hoc Ecclesia est, ut tunc vincat, cum leditur, tunc intelligat, cum arguitur. Hoc dico de Mariana pura Conceptione, quanto magis impugnat tanto magis triumphat. Tunc vincit cum leditur. Et cum argumenta contra illam formantur, ac objectiones machinantur, tunc magis ejus immaculata puritas, ac immaculata sanctitas resplendet, magisque intelligitur, ac agnoscitur. Tunc intelligit cum arguitur. Ait de se sanctissima Virgo juxta communem sensum sanctorum Patrum. Sicut Cinnamomum, & Balsamum aromatizans odorem dedit. Eccles. 24. num. 20. sicut artifex, dum versat, agit, ac componit balsamum, majorem sui dat odorem, sic immaculata Virg. Mariæ Conceptio dum versatur, ac agitur argumentis, & objectionibus impugnat, suæ puritatis dat majorem fragrantiam ac odorem.

167. Et Primo opponunt Contrarii quod gravissimi Auctores Antiqui tenuerunt sententiam contra Immaculatam Conceptionem; ad quod respondeo celebri dicto Sanctissimi Ludovici Beltrani ex Illustrissima familia Prædicatorum, qui modo à sanctiss. Domino Clemente X. reclarus est in numerum sanctorum qui dicebat, quod si sancti, & Theologi antiqui, docuerunt B. Virginem in peccato originali fuisse conceptam, hodie viverent, abique dubio nobilem sentirent; quia viderent hanc immunitatem ab Ecclesia Romana populis, ac fidelibus celebrandam proponi. Hanc fuisse hujus sancti sententiam testatur Vincentius Justinianus ejusdem Ordinis gravissimus Auctor; & prædicti sancti familiarissimus, ut constat ex Tractatu de Immaculata Concept. §. 1. & 15.

168. Secundo opponunt, & est totum eorum robur. Ait Paulus Roman. 5. num. 12. Sicut per Rom. 5. unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. & 1. Corinth. 15. n. 22. Sicut in Adam 1. Corinth. 15. omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur, & 2. Corinth. 5. num. 14. Si Christus mortuus est pro omnibus, ergo omnes mortui sunt. Ex quibus inferunt, quod si Virgo Beata non fuit mortua in Adamo, ac proinde nec à Christo vivificata, & redempta.

169. Respondeo communem consuetudinem sacrae Scripturæ esse propositiones universales non esse ita exactè intelligendas, ut omnes includant nemine excepto, sed esse explicandas secundum majorem partem, ut jam pro. Psal. 130. bavi tom. 6. in Evangelia ad cap. 1. Luc. 9. 12. num. 12. 13. 14. & insuper probatur ex Psal. 130. n. 1. Non est intelligens, aut requirens Deum, omnes declinarunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Quæ verba expendens D. Hieronymus episcopus. 146. ad Damascum ait. Secundum illum Canonem, quem sæpe exposuimus scripturaturum. Omnia non ad totum referenda esse, sed ad partem maximam, ut omnes declinaverunt; & omnes, qui venerunt ante me fures sunt, & omnes quo sua sunt, querunt. Similiter illam vocem omnes communiter sancti Patres explicant; sic & Apostolus ait Philipp. 2. num. 21. Omnes querunt, que sua sunt, & non ea, que sunt Jesu Christi. est tamen Petrus, Joannes, Andreas ac ceteri Apostoli magis querebant, quæ Jesu Christi erant, quam sua, cum pro Christo vitam darent. Explicat D. Thomas ibi lect. 4. Consuetudo est, quod aliquando scriptura loquitur de nonnullis, sicut de omnibus. Jerem. 6. num. 13. A minore usque ad majorem, omnes avaritie student; ergo sub illa propositione universali non est intelligenda sacratissima Virgo.

170. Respondeo secundo. De sacratissima Dei para ait Hieremias 13. num. 22. Novum fecit Dominus super terram, semina circumdabit viscerum. Nam sacratissima Deipara exitit quid novum valde mirabile, & singulare supra omnes communes leges. Aliæ mulieres concipiunt ex semine, Mulier si suscepto semine. Ipsa vero opere Spiritus sancti servata virginitate: Ecce Virgo concipiet. Aliæ mulieres sub illa sententia comprehenduntur; In dolore paries filios. Gen. 3. Deipara suaviter, & absque ullo dolore. Aliis dictum est, Pulvis es, & in pulverem reverteris Gen. 3. De aliis dictum est, Omnis homo mendax Psal. 115. In ore ejus nec leve mandacium est inventum. De aliis dictum est, Deum nemo vidit unquam, juxta illud Joan. 1. Exod. 34. n. 20. Non videbit me homo, & non videt: & tamen juxta satis communem sententiam, ipsa Deum vidit in hac vita, ut alibi late dixi. D. aliis ait Paulus 1. Corinth. 15. num. 51. Ecce mysterium dico omnes resurgemus: & tamen ab illa regula universali excipienda est sacratissima virgo, ad vocem ultimæ tubæ non resurget; nam tertia die post felicissimum ejus transitum, gloriose resurrexit, & assumpta est in Cælum De aliis in persona Christi conqueritur Regius vates Psal. 21. Omnes amici mei dereliquerunt me, & spreverunt me.

171. Et tamen ab illa regula universali excipienda est sacratissima virgo, ad vocem ultimæ tubæ non resurget; nam tertia die post felicissimum ejus transitum, gloriose resurrexit, & assumpta est in Cælum De aliis in persona Christi conqueritur Regius vates Psal. 21. Omnes amici mei dereliquerunt me, & spreverunt me.

172. Et tamen ab illa regula universali excipienda est sacratissima virgo, ad vocem ultimæ tubæ non resurget; nam tertia die post felicissimum ejus transitum, gloriose resurrexit, & assumpta est in Cælum De aliis in persona Christi conqueritur Regius vates Psal. 21. Omnes amici mei dereliquerunt me, & spreverunt me.



Joan. 19.

D. Ansel.

171.

Sufficit præservatione ad veram redemptionem. Psal. 145. Caldeus.

Psal. 30.

D. August. D. Chryl. Incognit.

Luc. 25.

Psal. 13.

172.

runt me. Sub qua querela non venit sacratissima Deipara, nam ipsa firma stetit juxta crocem filii sui, Joan. 16. ergo sicut sub aliis communibus legibus non includitur ipsa ob suam celsitudinem, ac eminentiam, etiam à fortiori nec sub lege peccati originalis. Perbelle D. Anselmus alibi à me datus, sic ait, Paulus dixit, omnes in Adam peccasse. Vera unigue sententia. Sed cum eminentiam in te Maria considero, sicut te non intra, sed super omnes contueor, ita & te non lego aliorum in tua Conceptione fuisse devinctam opinor.

Ad id verò, quod si non contraxit peccatum originale, non est dicenda redempta à Christo; facile solvitur argumentum, quod licet sanctissima Virgo non habuisset peccatum originale actualiter, habuit tamen debitum illius à quo ex meritis Christi fuit liberata, & præservata, proindeque ab eo perfectissime redempta. Ait David Pl 143, num. 10. Qui redemisti David servum tuum, de gladio Maligni explicat Caldeus de gladio Goliath; & tamen David nunquam ab eo fuit vulneratus, sed tantum gratia divina præservatus, & tamen dicitur redemptus. Ait idem Propheta Psal 30, num. 6. In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me Deus veritatis. Quæ verba de Christo Domino interpretantur D. August. D. Chryl. Noster Incognitus tanquam ac si ipse ad Patrem commendat animam, & corpus. Animam, cum ait In manus tuas commendo spiritum meum, ut ipse dixit pendens in cruce. Luc. 23, n. 46. Redemisti me Deus veritatis, nempe corpus meum à corruptione, sicut ut Deus veritatis promiserat non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Psal. 15, num. 10. Et tamen corpus Christi nunquam fuit corruptione læsum, sed à Deo Patre præservatum, & tam n dicitur Redemptum: ergo quamvis Beatissima Virgo non habuerit actualiter peccatum originale, satis est quod ab illius debito, & contractione divinâ gratiâ fuerit præservata, ut dicatur redempta. Confirmatur tota superior doctrina, quia illustrior, & sublimior est modus liberandi à malo imminenti, quam salvandi post ipsum malum contractum; Quippe salubrior est medicus: excellentior Imperator; dexterior gubernator; fecundior alitor, si à morbi, belli, naufragii, famis, Matrem damnis præservet, quam si eisdem immisissam postea liberet; ergo tam gloriosa, ac singularis redemptio decens erat Deiparæ ob suam eminentiam; ac etiam Christo Domino ob suam celsitudinem, ut omnibus modis esset redemptor, & liberans à malo contracto, & ab illo ac ejus macula imminenti præservans, antequam contraheretur.

Tertiò opponunt aliquas Patrum auctoritates, in quibus dicuntur omnes polluci in Adamo, omnes peccatum habere ab Adamo; uno singulariter excepto Christo D. Omnes tamen istæ & similes auctoritates accommodatissime explicantur, quod omnes homines ex vi suæ Conceptionis fuerint, sub peccato, quia omnes sub debito illius fuerunt etiam Sacratissima Virgo; & omnes peccatum actualiter contraxerunt, una excepta Virgine, quia ex speciali privilegio à Regula communi, de actuali contractione fuit excepta. Sic insigni-

ra Virg. Mariæ dixit Assuerus Esther. 15. Esther. 7. Non morieris, non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

QUESTIO XXII.

Veritas Immaculata Conceptionis abundantissime habet pro se omnia requisita, ut à sede Apostolica firmatur, & inde est proxime definitibilis.

Certissimum est apud Catholicos, quod Romanus Pontifex abique Concilio, & consulatione Theologorum, habet plenariam potestatem definiendi res fidei. Ita communiter omnes Theologi, quos in magno, & amplo numero citat, & sequitur Diana p. 11. tract. 2. Resol. 2. & Ordinatus tract. 5. Resol. 2. nam assentientia Spiritus sancti solum est in Romano Pontifice, & non in Concilio, nec in Theologis, imò Concilium absque approbatione Summi Pontificis non habet auctoritatem ad definiendas res fidei, tamen ut Pontifex prudentialiter, ac circumspectè agat aliquam inquisitionem, & diligentiam debet facere ut notant Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice cap. 17. Suarez de fide disp. 5. sect. 8. n. 11. Dian. citat. Resol. 3. §. Ad 2. quia Deus non vult, ut homines temere judicent, ac gubernent, quanta autem sit hæc prudentia, nullo jure divino determinatur, sed judicio Pontificis relinquitur. Quantum in præfenti hæc inquisitio ad quatuor capita reduci posse videtur: Primò ad Testimonia sacra Scripturæ. Secundò ad traditionem Ecclesiæ. Tertiò ad auctoritatem Patrum. Quartò ad consensum Theologorum. An hæc omnia requirantur ad fidei definitionem vel quodlibet ex eis sufficiat modo non disputo: sed hoc dico, quod hæc quatuor abundantissime interveniunt, in hoc negotio Immaculata Conceptionis Virg. Mariæ, & hæc omnia satis patent ex dictis in hoc Tractatu, sed ea breviter, & summam repeto.

Testimonia ex Sacra Scriptura.

Juxta communem sensum sanctorum Patrum, ac Ecclesiæ de sanctissima Virgine dicuntur illa verba Cantic. 4, num. 7. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Notandum illud verbum, Tota. Quæ est propositio universalis, & dicit omnimodam pulchritudinem gratiæ, absque ulla feciditate. Doctissimus, ac antiquissimus Idiota de Beata Maria cap. 2. sic ait: Tota pulchra Virgo gloriosissima, non ex parte, sed in tota: & macula peccati, sive mortalis, sive venialis, sive originalis, non est in te nec unquam fuit, nec erit.

Secundò Christus Dominus loquens cum Beata Virgine, juxta D. Bernardum homil. 4. Super Missus est, Rupertum, & alios multos Patres; ait de illa Cantic. 5, num. 2. Amica mea, columba mea, immaculata mea. Immaculatum juxta D. Thomam. 2. 2. quæst. 106. intelligitur per recessum à contrario: ergo cum

173.

Diana.

Bellarmin. Sjar. Diana.

174.

Cantic. 4.

Idiota.

175.

D. Bernard.

Cantic. 5.

D. Thomas.

Traditio Ecclesiastica à tempore Apostolorum.

Ansbertus.

176.

Psal. 77.

Arabic.

D. Bonaven.

177.

Gen. 3.

D. August.

D. Amb.

D. Chryl.

D. Cyprian.

D. Chrysipp.

178.

Virgo peccatum originale a se longe removit.

D. Bernard.

Psal. 48.

179.

Virgo dicitur Immaculata intelligitur per recessum à contrario, nec aliqua illius vicissitudinis umbra, quæ maculam innuat dicit. Ansbertus Abbas Cantic. 4. ait: Pulchra es amica mea, & macula non est in te, nec vicissitudinis obumbratio.

Tertiò, Ait Regius vates Psalm. 77. n. 69. agens de summa Dei providentia ait, Edificavit sicut unicornium sanctissimum suum, quem fundavit in sacula. Arabicus legit, Sanctuarium suum. Sed cur hoc suum sanctuarium non comparat fabricatum tanquam cum Leone, Aquila, sed cum unicornio: hoc animal à se excludit omne venenum, & illud in se non admittit, sanctuarium autem hoc, de quo agit propheta, est sacratissima Virgo Maria, quæ omne peccati venenum à se excludit, & nullum admittit, D. Bonavent. in speculo cap. 23. sic ait: Marianum sanctuarium sibi construxit Deus, ut unicornium.

Quartò Veniat hic celebris locus Gen. 3. num. 15. Post primorum Parentum peccatum dixit Deus ad serpentem, Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus. In quo multa veniunt expendenda. De muliere, de qua in præfenti agitur, intelligunt sancti Patres B. Virginem D. August. lib. 12. de Genesi ad litteram, D. Ambr. lib. de fuga saculi, c. 7. Chryl. homil. 17. in Genes. & alii, & ut bene advertit D. Cyprian. ait: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, non dixit pono, ne ad Evam pertinere videretur; sed aliam mulierem, nempe Virginem Mariam, ut latè explicat sanctus Pater, & non dixit in singulari inimicitiam, sed in plurali inimicitias, quia talis mulier, omne genus inimicitias scilicet in originali, morali, veniali peccato debebat sumere contra diabolum, unde D. Chrysippus serm. 2. de laudibus Mariæ sic dæmonem conquerentem, ac dicentem introduxit. Quantum tempus sufficere possit ad persequendum verbis quibus modis trimum phavit de me, ait Deus. Ipsa conteret caput tuum. Per caput intelligitur peccatum originale, quod est caput, & fons omnium malorum, & serpens per caput ingreditur Ipsa conteret caput tuum.

Maximè adverte, quod vox Hebræa rosch aequè significat caput, ac etiam toxicum quod omnium lethaliu succorum caput est; & verbum suph, pro quo noster interpres posuit conteret: significat etiam impetu exsufflare, quia sacratissima Virgo omne venenum primordiale, à se longissime exsufflavit, ac removit, D. Bernard. homil. 4. super Salve Regina sic exponit alloquens cum Virgine, sic ait: Innocens fuisi ab originalibus, & actualibus, nemo ita præter te. Quod magis exprimitur cum ait: Tu insidiaberis calcaneo ejus; per quod intelligitur peccatum originale: Inimicitias calcanei mei circumdabit me. Psal. 48. n. 6. ponit insidiari, non verò mordere, nec attingere.

Multa alia sunt loca sacra Scripturæ pro hac veritate confirmanda, quæ supra adduxi 9. 5. 6. 7. 8. 9. & multa alia variis in locis à me citatis in exordio hujus opusculi, quæ si omnia computentur, faciunt magnum numerum.

180.

Bellarmin.

D. Thom. D. Bonav. Richard.

181.

S. Cecil. S. Theop.

182.

D. Jacobus. D. Marcus.

Orosius.

D. Isidor.

Beda. D. Anselm. Baconius.

183.

Non loquimur hic de Traditionibus strictè sumptis, nempe Apostolicis, de quibus late Bellarm. lib. 4. de verbo non scripto cap. 2. Hæc constituunt rem de fide, ut doceat Tridentin. sess. 6. & primam Nicenum primam, & secundum Althone. 6. & ultima; sed latiori modo prout Traditiones constituunt rem, credibilem pia fide, & rationabili credulitate, ut docent D. Thomas 3. part. 9. 27. art. 2. & in 3. dist. 3. 9. 2. art. 3. ad 3. Ibi D. Bonavent. Richardus, & alii, & in hoc sensu de Traditione loquimur.

Quod à tempore Apostolorum manaverit hæc traditio de pura, & Immaculata Conceptione, patet ex libris sanctorum Cecili, & Telsiphon, qui fuerunt reperti in monte sancto Granatæ, qui libri fuerunt à gravissimis viris examinati, & approbati, in quibus refertur, quod Apostoli dixerunt quomodo Sacratissima Deipara fuerit Divina gratia præservata à peccato originali, & quod idem dixissent sacri Apostoli in funeralibus B. Virginis, revelatum fuit Beato Amadeo quod totum constat ex dictis supra 9. 10. n. 60. 62. Quod etiam constat ex aliis dictis ac Liturgiis Apostolorum, ut dixi eadem 9. 10. num. 64. 65. 66.

Probatur hæc traditio ex antiquissima celebritate festivitatis Conceptionis Virg. Nam de hoc mysterio conceptionis faciunt mentionem in suis Liturgiis Jacobus Apostolus Minor, & D. Marcus, & festum Conceptionis celebrari in tota Hispania à tempore predicationis Jacobi Apostoli testatur Flavinus Dexter Flavius. Amicissimus D. Hieron. qui floruit anno 403. Orosius, qui vixit ad annum 400. facit mentionem de festo Conceptionis, De mandato Concilii IV. Toletani anno 643. Reformavit D. Isidorus Breviarium Hispaniæ. In quo est festum Conceptionis; quod etiam habetur in Martyrologio. Beda anno 730. & D. Anselmus anno 1060. festum celebrat in Anglia; & à tempore antiquissimo in nostro conventu Romano agebatur Dies festus Conceptionis ut testatur noster Baconius, qui floruit anno 130. Hæc omnia dixi supra, 9. 11. ibi vivenda, & hic reperij ut videas quàm per longa tempora solemnitas Conceptionis est celebrata, ac continuata.

Probatur hæc Traditio ex modo loquendi quem habent Concilia Antiquissima ab anno 303. quæ dicunt Deiparam semper Immaculatam ab exordio sue creationis. Et iterum liberam ab omni contagione peccati, de quo supra dixi 9. 12. Stabilior hæc traditio auctoritate Summorum Pontificum præcipientium celebrare festum Conceptionis. in quo fuit Antesignanus Sixtus IV. pro tota Ecclesiâ quod etiam fecerunt multi alii Pontifices & concedentes indulgentias pro majori festi celebritate, & valde strictè in hac re Conceptionis loquentes, ut Paulus V. Gregorius XV. Alexander VII. ut latè dixi 9. 13. & 14.

Auctoritas Patrum.

Quæ in negotio de fide definiendi, magnè est

184.